



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 25. Poloniae Regis responsum ad has Pontificis literas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A. C. 1709.

§. XXV.

Poloniæ Regis responsum ad has Pontificis literas.

Interim Poloniæ Proceres turbidum Regis Stanislai regimen, atque intestinos tumultus pertæsi, Augustum Regem suum revocabant: Hic igitur die octava Augusti publico edicto declarabat, quod iniqua Suecorum vi ad abdicandum sceptrum, necnon ad pandendos articulos Deo, Ecclesiæ, conscientiæ, honori, & morum integritati, juri gentium & æquitati contrarios adactus, nunc Sueco Rege ex universa Polonia ejecto, cum ipsemet a se pacta & promissa, per summam perfidiam violasset, reverti decrevisset: Postea contra Suecum & Stanislaum Reges cum Daniæ, & Prussiæ Regibus, necnon Magno Moscoviæ Duce fædus iniit, horumque auxilio fretus, Saxones de Suecorum incurfu tutos esse iussit, cunctisque Stanislao adhærentibus præteritorum veniam concessit, dummodo intra semestre ad obsequium redirent, ipse vero die decima sexta Augusti Regina Conjuge, ejusque Matre ac Filio valere iussis, cum quatuordecim armatorum millibus per Silesiam in Poloniam contendit, ac Varsaviam delatus,

Clef du Cabinet Oſob.
311.
Theatr. Europ. l. c.
pag. 135.

Hist. Eccles. Tom. LXVIII. H ut

Sæc. XVIII. ut jus suum totius Nationis consensu
 A. C. 1709. firmaret, Regni comitia indixit, qui-
 bus absolutis Varsaviæ die secunda
 Aprilis anni sequentis ad Papæ literas
 hoc tanto Principe dignum dedit re-
 sponsum: „Post oscula Pedum Sancti-
 tatis vestræ mei Regni, Dominiorum
 „que meorum humillimam commenda-
 „tionem, filiali, quo par erat, obsequi-
 „ac reverentia excepi Apostolicas lite-
 „ras Sanctitatis Vestræ die 21. Septem-
 „bris Superioris anni ad me datas,
 „quibus non minus pie, quam iusti-
 „Sanctitas Vestra omnia contenta
 „tractatu pacificationis Anno 1706. in-
 „ter meos plenipotentarios vel com-
 „missarios ex una, & Suecos, eisque
 „confœderatos ac adhærentes, seu eo-
 „rum plenipotentarios vel Commissa-
 „rios ex altera partibus inito, quæ Ca-
 „tholicæ fidei, Divino cultui, animæ
 „rum Saluti, Ecclesiæque, ac Sedis
 „Apostolicæ juribus quibuscunque quo-
 „modolibet officiant, seu præjudicium
 „etiam minimum afferunt, aut inferunt,
 „seu intulisse, vel alias nocere, seu no-
 „cuisse, quoquo modo dici, censeri,
 „prætendi, vel intelligi possent, ipsæ
 „jure nulla, invalida, viribusque va-
 „cua declarat, & quatenus opus sit, ea
 „omnia rescindit, damnat, irritat, vi-
 „ribusque & effectu penitus & omnino
 „va-

„vacuat. Supremo huic, justissimoque
 „Sanctitatis Vestrae judicio, libenti pla-
 „ne animo me subjicio, eique constan-
 „ter adhæreo; quandoquidem, ut San-
 „ctitas Vestra sibi persuasum esse, &
 „jure quidem optimo affirmat, cum
 „ejusmodi pacificationis tractatum pra-
 „va opera, malaque fide, sive potius
 „proditione meorumque commissario-
 „rum initum reprobavi, atque damnavi,
 „ac insuper me meum assensum illi nun-
 „quam præbuisse declaravi, id utique
 „præcipue intellexi quoad ea, quæ in
 „dicto tractatu non minus Catholicæ
 „fidei, Divino cultui, ac animarum
 „saluti, quam Ecclesiæ, Sedisque Apo-
 „stolicæ rationibus adversabantur. Cu-
 „jus rei simulque quo in pretio iniquos
 „illos articulos Catholicæ religioni præ-
 „judiciales, jam pridem habuerim,
 „magno, atque præclaro, ut arbitror,
 „argumento erit Sanctitati Vestrae Ec-
 „clesia meo jussu in mea Dresdensi ci-
 „vitate palam aperta, in qua Sacra
 „nostræ Religionis Mysteria solemniter, &
 „Catholico ritu publice peraguntur,
 „quemadmodum propriis oculis Reve-
 „rendissimus Dominus Annibal Alba-
 „nus suus ex Fratre Nepos spectavit;
 „cujus desiderio ut satisfacerem, alte-
 „rius insuper Sacrae Aedis in usum Ca-
 „tholicorum in civitate mea Lipsiensi

Sæc. XVIII.
 A. C. 1709.

H 2

„ape-

Sæc. XVIII. „apertionem nuperrime demandavi.
 A. C. 1709. „nec sane omittam alia deinceps edere
 „non obscura documenta præfervidi mei
 „erga ipsam Catholicam religionem Zeli,
 „ac studii, ut Sanctitati Vestræ magis,
 „magisque testatum sit, quam alieno
 „semper animo fuerim ab iniquis illis,
 „& jure merito a Sanctitate vestra dama-
 „natis pactionibus approbandis, ac uni-
 „verso terrarum orbi luculenter constet
 „me, & probe intelligere, quam multa
 „Pontificiæ, ac vere Paternæ erga me
 „benignitati debeam, & nihil anxius
 „expetere, quam ut gratum, devo-
 „tumque erga Sanctitatem vestram ani-
 „mum meum profiteri possim, si nulla
 „alia in re, saltem in promovendis piis
 „Sanctitatis Vestræ votis, quæ ex per-
 „petuo, Sanctissimoque ejus instituto
 „nonnisi Ecclesiæ bonum, & Ortho-
 „doxæ religionis incrementa respici-
 „unt. „

Insuper Pontifex die vigesima prima
 Septembris anno hujus sæculi nono
 cunctos Poloniæ Præsules necnon Se-
 natores & Equites in comitiis congre-
 gatos impense hortabatur, ut Rege in
 patriam reverso damna Catholicæ re-
 ligioni dissidiorum tempore inflicta re-
 parare, Orthodoxæ fidei incolumitatem
 revocare, & publicam tranquillitatem
 promovere, omni ope ac studio adla-
 bora-

borarent: ipsum vero Regem rogabat, Sæc. XVIII. A. C. 1709.
 quatenus nulli parceret labori, ut a
 Moscoviæ Duce obtineret diploma ab
 ejus Legato Pontifici promissum, vi
 cujus liberum in illius Imperio unicui-
 que esset, Catholicam religionem am-
 plecti, ac profiteri. Idem quoque ne-
 gotium commendabat Pontifex Gnes-
 nensi Archiepiscopo, Episcopo Uladis-
 lavienti, & Joanni Szembeck Pro Can-
 cellario Regni Poloniæ.

§. XXVI.

*Clementis XI. Pontificis Constitutio-
 nes & Epistolæ.*

Cum Clemens XI. summus Pontifex *Epistolæ*
 omnes etiam profanas regnorum Clem. XI. pag. 532. Vid. supra l. 213. p. 354. tom. 67.
 causas & dissidia sui muneris, sollicitu-
 dinis & fori esse censeret, singulis an-
 nis ad remotissimas etiam regiones li-
 teras dedit, & quidem primo ad Per-
 sarum Regem die secunda Martii per-
 scripsit, quod ab Israel Ory deceptus,
 eundem Regi enixe commendasset, spe
 concepta, eum Catholicorum rebus
 omni studio, eaque fide, qua sese ob-
 strinxerat, a futurum, nunc vero ipsum
 fidei Catholicæ desertores totis viribus
 adjuvare, & Catholicos opprimere
 comperiisset, quocirca Regem certio-
 rem reddidit, quod perfidus iste homo

H 3

nulla